



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Theodorus M. 19. Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

ratus. Rerum adversarum patientia in Jobi comparationē evexit. Obiit anno Christi D.CC.XIII. de cælo obtainendo solicitus imprimis, ut qui jan- scalas admoverat, antequam nasceretur. Ex Ra- ther. Veronense.

*Multi simplices & humiles cælos penetrant. Nullus verò arrogans, quamvis omnium liberalium possent scientiam ad cælestē admittetur convivium, tantoq[ue] gra- vioribus cruciabitur pœnis, quan[do] nequius donum Di- tractaverit.* S.Laur.Just.de Castro Connub.c.14.

## S. THEODORUS M. 19. Aprilis.

**T**HEODORVS cùm sacramentum, quod CHRI- sto dederat, Marti negasset, post fustuarium craticulæ injectus, pice ac sulphure perfunditū. Sed cùm crudelitate hāc tellus commota ē sim aquas, quæ rogū extinguerent, effudisset, THEO- DORVS in columnis ad Marti devotos provocavit, irat ex omnibus unus aliquis in rogum, Deumq[ue] suum etiam ipse probaret. Illi causæ diffisi rem ad sacrificulos rejecerunt. Ex his etiam DIOSCORI adductus, palam Jovis patrocinium respuit, su- sitque ipse ē flammis causam Jupiter dicere jube- retur; se diem ei dicturum, se ex fano obtorto collo ad judices ignes rapturum, cæloque, pul- cherrimo, quod unquam fecisset, sacrificio ipsum Jovem immolaturum: probaret ille fulmine se Deum, pictosque suos ignes, & unà hos in ca- put sacrificantis, si posset, congereret. Indoluit Jovem, ludos fieri Proconsul, & DIOSCORVM jam Christianum flammis, THEODORVM vero quadrigis raptandum dedit. Hic verò abeun- bus in præcipitium equis, alio ē cælo cum triumphans in Prætorium venit. In succensam

exinde

19. April. VITA SANCTORVM. 201  
exinde cum militibus, quibus hæc miracula si-  
dem fecerant, fornacem conjectus, altero mane  
loqui reperitur PHILIPPÆ matri, quæ triennio  
antè captiva abducta, ad preces filii per Ange-  
lum tum erat reducta. Advolat igitur tyrannus,  
milites hastâ transfigit, matrem capite multat,  
THEODORVM ipsum in crucem agit. Sed ille  
post tot victorias, non petiisset aliud trophæum.  
*Ex Meneis.*

Non est patiendum, ut assidua de Deo cogitatio ex  
animis nostris elabatur; agendumque assidue, ut ex  
perpetuâ recordatione impressam cordibus nostris piam  
de Deo cogitationem, velut indeleibile signum circumfe-  
ramus. S.Bas.in Reg.fus.disput.

S. VERNHERUS M. 19. Aprilis.

VERNHERVS rustica, ex Trevirensi agro, pro-  
genies, egenis comparcebat paratum diurno  
labore obsonium: vitrici asperitatem, ipse tam  
miti ingenio, fugere coactus, in opilioes haud  
paullò mansuetiores incidit; nam & mapalibus  
fugientem, & esurientem cœnulâ exceperunt,  
quibus ne oneri foret hospes asymbolus, defixo  
humi bacillo, novum è terrâ fontem salire jussit: à  
Pastoribus digressus in feras incidit; annum enim  
agentem XIV. Judæi adhuc Christi in Christianis  
sanguinem sitientes, capite prono columnæ alli-  
garunt, S.Hostiam ab ore repetituri: loris deinde  
ac ferro per omnia membra crudelissimè grassati,  
satis docuerunt quam longè Apellæ omnem hu-  
manitatis sensum abjecerint: nam etsi triduo in-  
ter tormenta exacto, omnium opem ac commi-  
serationem exposceret, eam tamen neque apud ju-  
dicem argento corruptum reperit, inter acerbissi-